

Alte Drucke

**M. T. CICERONIS || EPISTOLÆ AD || COMPLVRES SCRIPTÆ, ||
QVAS VVLGO FAMILIARES || APPELLARVNT, || EDITÆ || DE
SENTENTIA || IOACHIMI CAMERARII || ...**

Cicero, Marcus Tullius

Lipsiae, 1578

VD16 ZV 31063

M. T. CICERONIS EPISTOLARVM LIBER AD M. MARIVM, ET CAETEROS.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149712

cio in meis rebus fuisti. Hanc meam voluntatem ad matrem tuam optimam feminam, tuig, amantissimam detuli. Si quid ad me scripseris, ita faciam, ut te velle intellexero. Sin tu minime scripseris, ego tamen omnia quae tibi vtilia esse arbitror, summo studio, diligentiaq, curabo. Vale.

24. [b]
M. T. CICERONIS EPISTOLARVM LIBER VIII AD M. MARIVM, ET CÆTEROS.

M. CICERO M. MARIO

S. D.

101

SI TE DOLOR ALIQUIS CORPORIS, aut infirmitas valetudinis tua tenuit, quominus ad ludos venires, fortuna magis tribuo, quam sapientia tua. Sin hac quae ceteri mirantur contemnenda duxisti, & cum per valetudinem posses, venire tamen noluisti, vtrunq, lator, & sine dolore corporis te fuisse, & animo valuisse, cum ea, quae sine causa mirantur alij, neglexeris: modo ut tibi constiterit fructus oculi tui, quo quidem tibi persui mirifice licuit, cum esses in ista amœnitate pene solus relictus. Neg, tamen dubito quin tu ex illo cubiculo tuo, ex quo tibi Stabianum perforasti, & patefecisti Seianum, per eos dies matutina tempora lectiunculis consumseris: cum illi interea, qui te istic reliquerunt, spectarent communis mimos semisomni. Reliquas vero partis diei tu consumebas his delectationibus, quas tibi ipsi ad arbitrium tuum comparas,

N 4

nobis

nobis autem erant ea perpetienda, quæ scilicet Sp. Metius probauisset. Omnino, si queris, ludi apparatusissimi, sed non tui stomachi: coniecturam enim facio de meo. Nam primo honoris causa in scenam redierunt ij, quos ego honoris causa de scena decessisse arbitrabar: delitia vero tuæ, noster Aesopus eiusmodi fuit, ut ei desinere per omnes homines liceret, [a] is 95
iurare cum cœpisset, vox eum defecit in illo loco, S I
SCIENS FALLO. Quid tibi ego alia narrem? nosti enim reliquos ludos. Quid? ne id quidem leporis habuerunt, quod solent mediocres ludi. Apparatus enim spectatio tollebat omnem hilaritatem: quo quidem apparatu non dubito, quin animo æquifumo carueris: quid enim delectationis habent sexcenti muli in Clytemnestra? aut in equo Troiano craterarum tria millia? & armatura varia peditatus & equitatus in aliqua pugna? quæ popularem admirationem habuerunt: delectationem tibi nullam attulissent. Quod si tu per eos dies operam dedisti Protageni tuo, dum modo is tibi quiduis potius, quam orationes meas legerit, na tu haud paulo plus, quam quifquam nostrum, delectationis habuisti. Non enim te puto Græcos aut Oscos ludos desiderasse: præsertim cum Oscos ludos vel in senatu nostro spectare possis. Græcos vero ita ames, ut ne ad villam quidem tuam via Græca ire soleas. Nam quid ego te athletas putem desiderare, qui gladiatores contemseris? in quibus ipse Pompeius constititur se & operam & oleum perdidisse. Reliquæ sunt venationes binæ per dies quinq; magnificæ, nemo negat: sed quæ potest esse homini politico delectatio: cum aut homo imbecillis a valentissima bestia laniatur, aut præclara bestia venabulo

95. nabulo transuerberatur? quæ tamen, si videnda sint,
 sæpe vidisti: neg, nos, qui hæc spectauimus, quicquam
vidimus noui. Elephantorum extremus dies fuit, in
 quo admiratio magna vulgi atq; turba, delectatio
 nulla extitit: quin etiam misericordia quadam con-
 secuta est, atq; opinio eiusmodi, esse quandam illi be-
 lue cum [b] genere humano societatem. His ego ta-
 men diebus, ludis scenicis, ne forte videar tibi non
 modo beatus, sed ne liber domino fuisse, diripui me
 pene iudicio Galli Canini familiaris tui, quod si tam
 facilem populum haberem, quam Aesopus habuit, li-
 benter mehercule artem desinerem, tecumq; & cum
 similibus nostri viuerem. Nam me cum antea tadebat,
 tum & ætas & ambitio me hortabantur, & licebat
 deniq; quem nolebam non defendere: tum vero hoc
 tempore vita nulla est. Neg, enim fructum vllum la-
 boris expecto: & cogor nonnunquam homines non
 optime de me meritos, rogatu eorum, qui bene meriti
 sunt defendere. Itaq; quero causas omnes aliquando
 viuendi arbitrato meo, teg, & istam rationem ocij
 tui, & laudo vehementer & probo, quodq; nos minus
 interuisis, hoc fero animo aequiore: quod si Romæ esses,
 tamē neg, nos lepore tuo: neg, te (si quis in me) meo
 frui liceret, propter molestissimas occupationes meas:
 quibus si me relaxaro (nam vt plane exoluam, non
 postulo) & te idipsum quidem, qui multos annos nihil
 aliud commentaris, docebo profecto, quid sit huma-
 niter viuere. Tu modo istum imbecillitatem valetudi-
 nis tue sustenta & tue, vt facis, vt nostras villas
 obire, & mecum simul lecticula circumcurfare possis.
 Hæc ad te pluribus vrbis scripsi, quam soleo, non ocij
 abundantia, sed amoris erga te, quod me quadam epi-

stola subinuitaras, si memoria tenes, ut aliquid ad te
huiusmodi scriberem, quo minus te pratermissem lu-
dos pœniteret. Quod si affecutus sum, gaudeo: sin-
minus, hoc me tamen consolabor, quod posthac ad lu-
dos venies, nosq; vides: neq; in epistolis relinques [a] 196
meis spem aliquam delectationis tuae. Vale.



102 M. T. C. M. MARCO S. D.

*Marci iunctis se, ut ex hereditate ei ali-
qua emerit, quae ei rebus coheret.*
MANDATIUM TVVM CVRABO.

diligenter. Sed homo acutus ei mandasti potissimum,
ut expediret, illud venire, quam plurimum. Sed eo
vidisti multum, quod praesinisti, quo ut pluris eme-
rem. Quod si mihi permisisses, qui meus amor in te
est, consecissem cum coheredibus: nunc quoniam tu-
um precium novi, licitatore[m] portus apponam, quam
illud minoris veniat: sed de ioco satis est. Tuum ne-
gocium agam, sicuti debeo diligenter. De Bursa te
gaudere certe scio: sed nimis verecunde mihi gratu-
laris. Putas enim, ut scribis, propter hominis sor-
des minus me magnam illam leticiam putare. Cre-
das mihi velim, magis me iudicio hoc, quam morte
inimici letatum. Primum enim iudicio malo quam
gladio, deinde gloria potius amici, quam calamitate.
Inprimisq; me delectavit, tantum studium bonorum
in me extitisse contra incredibilem contentionem cla-
rissimi & potentissimi viri. Postremo, quod vix ve-
rissimile fortasse videatur, oderam multo peius hunc,
quam illum ipsum Clodium: illum enim oppugnaram,
hunc defenderam. Et ille, cui omnis Respub. in meo
capite discrimen esset habitura, magnum quiddam
spectavit, nec sua quidem sponte, sed eorum auxilio,
qui

*ad hunc
modum
propter*

qui me stante stare non poterant: Hic simulolus animi
 causa, me, in quem inuenerunt, delegerat: per sa-
 feratq; nonnullis inuidis meis, se in me emissarium sem-
 per fore. Quamobrem valde in teo gaudere te, magna
 res gesta est, nunquā vlli fortiores [b] ciues fuerunt,
 quam qui ausi sunt eum contra tantas opes eius, a quo
 ipsi lecti iudices erant, condemnare. Quod fecissent
 nunquam, nisi is dolori meus fuisset dolor. Nos hic
 multitudinis & celeritate iudiciorum, et nouis legibus
 ita distinemur, ut quotidie vota faciamus, ne interca-
 letur, ut quamprimum te videre possimus. Vale.

M. C. M. MARIO S. D. 103

PERSAEPPE MIHI COGITAN-

ti de communibus miserijs, in quibus tot annos ver-
 samur, & (ut video) versabimur, solet in mentem
 venire illius temporis recordatio, quo proxime fuimus
 vna: quin etiam ipsum diem memoria teneo. Nam
 ad III. Idus Martias, Lentulo & Marcello consulibus,
 cum in Pompeianum vespere venissem, tu mihi solici-
 to animo praesto fuisti. Solicitum autem te habebat
cogitatio tum officij tum etiam periculi mei. Si ma-
 nerem in Italia, verebatur, ne officio deessem, si pro-
 ficiscerem ad bellum, periculum te meum commoue-
bat. Quo tempore vidisti profecto me quoq; ita con-
 turbatum, ut non explicarem, quid esset optimum fa-
 ctu: pudori tamen malui, famaq; cedere, quam sa-
 lutis meae rationem ducere. Cuius me mei facti pœ-
 nituit, non tam propter periculum meum, quam propter
 vicia multa, quae ibi offendi, quo veneram. Primum
 neque magnas copias, neque bellicosas, deinde extra
 ducere

ducem paucosq; præterea (de principibus loquor) reliqui primum in ipso bello rapaces, deinde in oratione in crudeles, ut ipsam victoriam horrerem, maximum autem ^{et alienum} amplissimorum [a] virorum.

debitum
ut ab ipso
desperari
segris. Unde
non desit
ambiguitas
ex verbis
quibus in
Quid queris? nihil boni præter causam. Quæ cum vidissem, desperans victoriam, primum capî suadere pacem, cuius fueram semper autor: deinde cum ab sententia Pompeius valde abhorreret, suadere institui, ut bellum duceret. Hoc interdum probabat, & in ea sententia videbatur fore, & fuisset fortasse, nisi quadam ex pugna cepisset suis militibus confidere. Ex eo tempore vir ille summus, nullus imperator fuit. Signa tyrone & collectio exercitus, cum legionibus robustissimis contulit, victus turpissime, amissus etiam castris, solus fugit. Hunc ego belli mihi finem feci: nec putavi, cum integri pares non fuisset, fractos superiores fore. Discepsi ab eo bello, in quo aut acie cadendum fuit, aut in aliquas insidias incidendum, aut deueniendum in victoris manus, aut ad litem confagendum, aut capiendus tanquam exilio locus, aut consciscenda mors voluntaria. Certe nihil fuit præterea, si te victori nolles, aut non auides committere. Ex omnibus autem ijs, quæ dixi, incommodis, nil tolerabilius exilio, præsertim innocenti, ubi nulla adiuncta est turpitudine: addo etiam, cum ea vrbe careas, in qua nihil sit, quod videre possis sine dolore. Ego cum meis (si quicquam nunc cuiuspiam est) etiam in meis esse malui. Quæ acciderunt, omnia dixi esse futura. Veni domum, non quod optima vivendi conditio esset: sed tamen si esset aliqua forma Reipublicæ, tanquam in patria ut essem: si nulla, tanquam in exilio. Mortem mihi cur consciscerem

causa

caussa nulla visa est: cur optarem multa causse. Vetus est enim, VBI NON SIS QVI FVERIS, NON ESSE CVR velis viuere. [b] Sed tamen vacare culpa magnum est solatium, praesertim cum habeam duas res, quibus me sustentem, optimarum artium scientiam, & maximarum rerum gloriam, quarum altera mihi viuo nunquam eripietur, altera ne mortuo quidem. Hac si ad te scripsi verbosius, & tibi molestus fui, quod te cum mei, tum Reipub. cognoui amantissimum. Notum tibi omne consilium meum esse volui, vt primum scires me nunquam voluisse plus quenquam posse, quam vniuersam Rempub. Postea autem quam alicuius culpa tantum valeret vnus, vt obsisti non posset, me voluisse pacem: amisso exercitu, vt eo duce, in quo spes fuerat vno, me voluisse etiam, reliquis omnibus postquam non potuerim, mihi ipsi finem fecisse belli: nunc autem, si hac ciuitas est, cinem esse me: si non, exulem esse non incommodiore loco quam si me Rhodum, aut Mitlenas contulisset. Hac tecum coram malueram sed quia longius fiebat, volui per literas eadem, vt haberes quid diceres, si quando in vituperatores meos incidisses. Sunt enim qui, cum mens interitus nihil fuerit Reipub. profuturus, criminis loco putant esse quod viuam. Quibus ego certo scio non videri satis multos perisse: qui si me audissent, quamuis iniqua pace, honeste tamen viverent. Armis enim inferiores, non causa fuissent. Habes epistolam verbosio rem fortasse, quam velles: quod tibi ita videri putabo, nisi mihi longiorem remiseris. Ego, si qua volo expediero, breui tempore te, vt spero, videbo. Vale.

M. T. C.

104 [a] M. T. C. M. MARIO S. D.

AD IX. CALEND. IUNIAS

in Cumanum veni cum Libone tuo, vel nostro potius,
in Pompeianum statim cogito. Sed faciam te ante
 certiozem. Te, cum semper valere cupio, tum certe,
 dum hic sumus. Vides enim, quanto post vna futuri
Locus Lepidus sumus. Quare si quid constitutum est, potiora ha-
bes, fac in alium diem differas. Cura igitur ut vale-
 as: & me hoc biduo, aut triduo expecta. Vale.

M. T. C. CÆSARI IMPE-

105

RATORIS D.

VIDE QUAM MIHI PERSVA-
 serim, te me esse alterū, non modo in ijs rebus, quæ ad
 me ipsum, sed etiam ijs, quæ ad meos pertinent. C.
 Trebatium cogitarem, quocumq; exirem, mecum
 ducere, ut eum meis communibus studiis, & benefi-
 cijs quam ornatissimū domum reducerem. Sed postea
 quam & Pompey commoratio diuturnior erat, quam
 putarem: & mea quædam tibi non ignota dubitatio
 aut impedire profectionem meam videbar, aut certe
 tardare: vide quid mihi sumserim? Cæpi velle ea
 Trebatium expectare a te, quæ sperasset a me. Ne-
 que mehercule minus ei prolixæ de tua voluntate
 promisi, quam eram solitus de mea polliceri. Casus
vero mirificus quidam interuenit, quasi vel testis
 opinionis meæ, vel sponsor humanitatis tuæ. Nam
 cum de hoc ipso Trebatio cum Balbo nostro loquerer
 accuratius domi meæ, literæ mihi dantur à te quibus
in extremis scriptum erat: M. Furium, quem
 mihi [b] commendas vel regem Gallia faciam, 98.
 vel

vel Leptæ legatum. Si vis, tu ad me alium mitte, quem
 ornem. Sustulimus manus, & ego & Balbus: tanta
 fuit oportunitas ut illud, nescio quid, non fortuitum,
 sed diuinum videretur. Mito igitur ad te Trebatium,
 atq; ita mitto, ut initio mea sponte, post autem inui-
 tatu tuo mittendum duxerim. Hunc mi Caesar, sic ve-
 lim omni tua comitate amplectare, ut omnia, quæ per
 me possis adduci, ut in meos conferre velis, in ymuni-
 bus conferas, de quo tibi homine hæc spondeo, non il-
 lo veteri verbo meo, quod, cum ad te de Milone scrip-
 sisset, iure lusisti: sed more Romano, quomodo ho-
 mines non inepti loquuntur, probiorem hominem, me-
 lorem virum, prudentiorem esse neminem. Accedit
 etiam, quod familiaritatem inducit, in iure civili sin-
 gularis memoria, summa scientia. Huic ego neq; tri-
 butum, neq; præfecturam, neq; ullius beneficii cer-
 tum nomen peto: benevolentiam tuam & liberalita-
 tem peto: neq; impedio, quo minus, si ita tibi placue-
 rit, etiam hisce eum ornes gloriola insignibus: totum
 deniq; hominem tibi trado de manu (ut aiunt) in ma-
 num tuam istam, & victoriam & fide præstantem. Su-
 mus enim putidiusculi, quam per te dix licet, verum
 ut video, licebit. Cura, ut valeas, & me, ut amas, ama.

M. C. TREBATIO S. D. 106

IN OMNIBVS MEIS EPI-
 stolis, quas ad Caesarem, aut ad Balbum mitto, legiti-
 ma quadam est ocçasio commendationis tue, nec ea
 vulgaris, sed cum aliquo insigni indicio mea erga te
 benevolentia. Tu [b] modo ineptias istas, & de-
 sideria vrbis, & vrbanitatis deponere: & quo consilio
 profice

Formul.

commen
dandi.Iuris Co
sult.Formul
mancipatbonis pe
tendi.Victor
in Rom

intra hunc
Cicero
 profectus es, id assiduitate & virtute consequere. Hoc tibi tam ignoscemus nos amici, quam ignouerunt Medea, quæ Corinthi arcem altam habebant matrona opulenta, optimates: quib. illa manibus gypsatis per suavitatem, ne sibi ille vitio verterent, quod abesset a patria. Nam multi suam rem bene gessere, & publicam patria procul. Multi qui domi ætatem agerent, propterea sunt improbi. Quo in numero tu certe fuisses, nisi te extrusissemus. Sed plura scribemus alias. Tu, qui cateris cauere didicisti, in Britannia, ne ab essedariis decipiaris, caueto: & quando Medeam agere cœpi, illud semper memento. **QVI IPSE SIBI sapiens prodesse nequit, nequicquam sapit, Cura, ut valeas.**

107. M. C. TREBATIO S. D.

Formula exprobat
de raritate litterarum
intra hunc
genuit
 EGO TE COMMENDARE non desisto: sed quid proficiam, ex te scire cupio. Spem maximam habeo in Balbo, ad quem de te diligentissime & sepius scribo. Illud soleo mirari, non me toties accipere tuas literas, quoties a Qu. fratre mihi afferuntur. In Britannia nihil esse audio neq. auri neq. argenti, id si ita est: essedum aliquod suadeo rapias, & ad nos quamprimum recurras. Sin sine Britannia tamen assequi id quod volumus, possumus, perfice, ut sis in familiaribus Caesaris: multum enim te in eo frater adiuvabit meus, multum Balbus: sed mihi crede, tuus pudor & labor plurimum. Imperatorem liberalissimum, ætatem opportunissimam commendationem certe singularem [b] habes: ut tibi unum titimendum sit, ne ipse tibi defuisse videare. Vale.

CICE

8
SCRIPSIT AD ME CAESAR

perhumaniter, nondum te sibi satis esse familiarem
 propter occupationes suas, sed certe fore: cui quidem
 ego rescripsi, quam mihi gratum esset futurum, si *Formula*
quam plurimum in te studij, officij, liberalitatis sue *commendadi*
contulisset. Sed ex tuis literis cognoui propere
quandam festinationem tuam: et simul sum admira-
 tus, cur tribunatus commoda, dempto praesertim li-
 bore militiae, contemseris. Querar cum Vacerra, &
 Manilio: nam Cornelio nil audeo dicere, cuius tu pe-
 riculo stultus es, quando te ab eo sapere dedicisse pro-
 fiteris, quin tu vrges istam occasionem & faculta-
tem, quae melior nunquam reperietur. Quod scribis
 de illo Pratiano Iureconsulto, ego te ei non desino
 commendare: scribit etiam ipse mihi, te sibi gratias
 agere debere. De eo, quid sit, cur a vi sciam. Ego ve-
 stras Britannicas literas expecto. Vale.

9
IAM DIVIGNORO, QUID

agas: nihil enim scribis, neque ego ad te his duob. men-
 sibus scripseram: Quia cum Q. fratre meo non eras:
 quod mitterem, aut cui darem, nesciebam. Cupio scire
 quid agas, & ubi sis hiematurus. Equidem velim cum
 Caesare, sed ad eum propter eius occupationes nihil sum
 ausus scribere: ad Balbum tamen scripsi. Tu tibi de-
esse noli: serius potius ad nos, dum plenior, quod huc
properas. [a] nihil est praesertim Vacerra mortuo: sed
 tibi consilium non est. Quid constitueris, cupio scire.
Cn. Octavius tuus familiaris summo genere natus,

O

terra

terra filius, is me, quia scit tuum familiarem esse, crebro ad cenam inuitat: adhuc non potuit perducere: sed mihi tamen gratum est. Vale.

*hactenus,
locum
adhuc, de
tempore.*

110 CICERO TREBATIO S. D.

10

LEGI TVAS LITERAS, EX quibus intellexi te Casari nostro valde Iure consultum videri. Est quod gaudeas, te in ista loca venisse, ubi aliquid sapere viderere. Quid si in Britanniam quoque profectus esses, profecto nemo in illa tanta insula peritior te fuisset. Veruntamen rideamus licet, sum enim a te inuitatus. Subinvideo tibi vltro te etiam accersitum ab eo, ad quem ceteri, non propter eius superbiam, sed propter occupationem aspirare non possunt. Sed tu in ista epistola nihil mihi scripsisti de tuis rebus: quae mehercule mihi non minori cura sunt, quam mea. Valde metuo, ne frigeas in hybernis: quamobrem camino luculento vitendum censeo. Idem & Mutio & Manilio placebat, praesertim qui sagis non abundares: quamquam vos non istic satis calere audio: quo quidem nunc valde mehercule de te timueram. Sed tu in re militari multo es cautior, quam in aduocationibus, qui neque in Oceano natare volueris studiosissimus homo natandi, neque spectare essedarios, quem antea ne andabadam quidem defraudare poteramus. Sed iam satis iocati sumus. Ego de te ad Caesarem quam diligenter [b] scripserim, tute scis: quam saepe, ego. Sed tu mehercule iam intermiseram, ne viderer liberalissimi hominis meique amantissimi voluntati erga me diffidere. Sed tamen his literis, quas proxime dedi putavi esse hominem commonendum, id feci: quid profecerim, facias

facias me velim certiore. & simul de toto statu tuo, consilijq; omnibus. Scire enim cupio, quid agas, quid expectes, quam longum istum tuum discessum à nobis futurum putes. Sic enim tibi persuadeas velim, vnum mihi esse solatium, quare facilius possim pati te esse sine nobis, si tibi id esse emolumento sciam: sin autem id non est, nihil duobus nobis est stultius: me qui te non Romam attraham, te, qui non huc aduoles. Vna mehercule nostra vel seuera vel iocosa congregio pluris erit, quam non modo hostes, sed etiam fratres nostri Hedui. Quare omnibus de rebus fac quamprimum sciam: aut consolando, aut consilio, aut re inuero. Vale.

CICERO TREBATIO S. D. III

M

NISI ANTE ROMA PROPE-
ctus esses, nunc eam certe relinqueres. Quis enim tot interrogibus Iureconsultum desiderat? Ego omnibus unde petitur, hoc consilij dederim, vt à singulis interrogibus binas aduocationes postulent. Satisne tibi videor abs te ius ciuile didicisse? Sed heus tu, quid agis, & qui sit? video enim te iam iocari per literas. Hac singula meliora sunt, quam in meo Tusculano. Sed quid sit, scire cupio. Consuli quidem te à Casare scribis, sed ego tibi ab illo consuli mallet: quod
101. si aut sit: aut futurum putas, perfer [a] istam militiam, & permane. Ego enim desiderium tui, spe
102. tuorum commodorum consolabor. Sin ista sunt in-
miora, recipe te ad nos. Nam aut erit hic aliquid ali-
quando: aut si minus, vna mehercule collocutio nostra
plus erit, quam omnes Samarobrina. Deniq; si te citò
retuleris, sermo nullus erit: sin frustra diutius absueris,

non modo Laberium, sed etiam sodalem nostrum Valerium pertimesco. Mira enim persona induci potest Britannici Iureconsulti. Hæc ego non rideo, quamvis tu rideas: sed de re seuerissima tecum, ut soleo, iocer. Remoto ioco, tibi hæc amicissimo animo precipio, ut si istic mea commendatione tuam dignitatem obtinebis, perferas nostri desiderium, honestatem, & facultates tuas augeas. Sin ista frigeunt, recipias te ad nos. Omnia tamen quæ vis, & tua virtute profecto, & nostro summo erga te studio consequere. Vale.

112 M. CICERO TREBATIO S. D.

112

MIRAEAR QUID ESSET, quod tu mihi literas mittere intermisisses. Indicavit mihi Panfa meus, Epicureum te esse factum. O castra præclara: quid tu fecisses, si te Tarentum & non Samarobrinam misissem? Iam tu mihi non placebas, cum idem intuebare, quod & Titius familiaris meus. Sed quonam modo ius civile defendes, cum omnia tua causa facias, non ciuium? Vbi porro illa erit formula fiducia, INTER BONOS BENE AGIER OPORTET? Quis enim est bonus, qui facit nihil nisi sua causa? Quod ius statues communi diuidendo, cum commune nihil possit esse apud eos, qui [b] omnia voluptate sua metiuntur: Quo-¹⁰¹ modo autem tibi placebit Iouem lapidem iurare, cum scias Iouem iratum esse nemini posse? Quid fiet porro populo Vlubrano, si tu statueris, volito videtur non oportere? Quare si plane à nobis deficiis, moleste fero: sin Panfa assentari commodum est, ignosco, modo scribas aliquando ad nos, quid agas, &

a no-

à nobis quid agi, quid fieri aut curari velis. Vale.

M. C. TREBATIO S. D. II3

13

ADEO NEMEMINI VSTVM

esse existimasti, ut tibi irascerer, quod parum mihi constans, & nimium cupidus decedendi viderere, ob eamq; causam me arbitrarere literas ad te iamdiu non misisse? Mihi ^{in me} perturbatio animi tui, quam primis literis perspiciebam, molestiam attulit. Neg, alia fuit vlla causa intermissionis literarum, nisi quod vbi esses plume nesciebam. Hic tu me etiam infirmulas, nec satisfactionem meam accipis. Audi me Testa, vtrum superiorem te pecunia facit, an quod te Imperator consulit? Moriar, in (que tua gloria est) puto, te male à Cesare consuli, quam inaurari. Si vero virumq; est: quis te ferret prater me, quicquid ferre possum? Sed ut ad rem redeam, te istuc inuictum non esse, vehementer gaudeo: & ut illud erat molestum, sic hoc est iucundum. Tantum metuo, ne artificium tuum tibi parum prosit. Nam, ut audio, istic:

Non ex iure manu consertum, sed mage ferro

videat, vel
sic. C. C.

Rem repetunt, regnumq; petunt, vadunt solida vi. Et tu non soles ad vim faciendam adhiberi. Neg, est, quod illam exceptionem in interdicto pertimescas,

102. quod tu prior cum hominibus armatis veneris: [a] scio enim te non esse procacem in lacescendo. Sed ut

ego quoq; te aliquid de nostris cautionib. admoneam: Erat. Roma

Trenuros vites censeo, audio capitales esse, malleum au-

ro, argento, ere essent, sed alias iocabimur. Tu ad me

de istis rebus omnibus scribas velim quam diligentiss.

sume. Ad III. Nonas Martias. Vale.

Locat, siceno ambiguitate Treveri, respiciens
ad Treuim viros Magist. Roma. ubi coepit
agere Treveris populo Gallico. Locat, et voce in
pates, quod nominis proprie conuenerit. Treuiri
qui coepit, patescat. Treuiri, patescat. ad populum Gallico
qui uerum respert quod illud belluogus esset et caput pates
pateret.

114 CICERO TREBATIO S. D.

¹⁴
CHRYSIPPVS VECTIVS CY-
ri architecti libertus fecit, ut te non immemorem pu-
tarer mei: salutem enim mihi verbis tuis nuntiavit.
Valde iam laetus es, qui gravare literas ad me dare,
homini praesertim prope domestico. Quod si scribere
oblitus es, minus multi iam te aduocato, causa ca-
dent: sin nostri oblitus es, dabo operam, ut istuc ve-
nam ante, quam plane ex animo tuo effluam: sin
astuorum timor te debilitat, aliquid excogita, ut fe-
cisti de Britannia. Illud quidem perlibenter audiui ex
eodem Chrysippo, te esse Caesari familiarem. Sed me-
hercule mallem id, quod erat equius, de tuis rebus ex
tuis literis quam sepiissime cognoscere. Quod certe ita
fieret, si tu maluisses benevolentia, quam litium iura
perdiscere. sed haec iocati sumus, & tuo more, & non
nihil etiam nostro. Te valde amamus, nosq; a te ama-
ri tum volumus, tum etiam confidimus. Vale.

CICERO TREBATIO

115 S. D.

¹⁵
QVAM SINT MOROSI QVI
amant, vel ex hoc intelligi potest: moleste ferebam
ante inuitum istuc esse: pungit me rursus, quod scri-
bis te esse istuc libenter: [b] neque enim mea com-
mendatione te non delectari facile patiebar: & nunc
angor, quicquam tibi sine me esse iucundum. Sed
tamen hoc malo nos ferre desiderium, quam te no ea
qua spero, consequi. Quod vero in C. Marci suavisimi
doctissimiq; hominis familiaritatem venisti, non dici
potest, quam valde gaudeam: qui fac ut te quam
maxi-

maxime diligat, mihi crede, nihil ex ista prouincia potes, quod iucundius sit, deportare. Cura ut valeas.

CICERO TREBATIO S. D. II6

16 in una commedia da Fr. A. E. S.
Philoctetes
 esse in extremo, SERO SAPIUNT. Tu tamen mi vetule non sero: primum illas rabiosulas sat fatuus dedisti: deinde quod in Britannia non minus, quam Philoctetem te praeiussi, plane non reprehendo: nunc vero in hybernis iniectus mihi videris: itaq; te commouere non curas. *curios vincit*
Vsquequaq; sapere oportet, id erit tulum acerrimum. Ego si foris cœnitarem, C. Octauio familiari tuo non defuissem: cui tamen dixi, cum me aliquoties inuitaret: Oro te quis tu es? Sed mehercule extra iocum, homo bellus est, vellem eum tecum adduxisses. Quid agatis, & ecquid in Italiam venturi sitis hac hyeme, fac plane sciam. Balbus mihi confirmauit te diuitem futurum: id vtrum Romano more locutus sit, bene nummatum te futurum, an quomodo Stoici dicunt, omnes esse diuites, qui caelo & terre frui possunt, postea videro. Qui istinc veniunt, superbiam tuam accusant, quod negant te percontantibus respondere, sed tamen est quod gaudeas: constat tamen inter omnes neminem te vno Samarobrine iuris peritiorem esse. Vale.

103, [a] CICERO TREBATIO S. D. II7

17
 EX TVIS LITERIS ET QVINTO fratri gratias egi, & te aliquando collaudare possum, quod iam videris certa aliqua in sententia consti-

constituisse. Nam primorum mensū literis tuis vehe-
 menter commouebat, quod mihi interdum (pace tua
dixerim) leuis in vrbis vrbauitatisq. desiderio, inter-
 dum piger, interdum timidus in labore militari, sape
 autem etiam, quod a te alienissimum est, subimpu-
 dens videbare: tanquam enim syngrapham, ad Impe-
 ratorem, non epistolam attulisses, sic pecunia ablata,
 domum redire properabas: nec tibi in mentem vene-
 bat, eos ipsos, qui cum syngraphis venissent Alexandri
 am, nullum adhuc nummum auferre potuisse. Ego si
mei commodi rationem ducerem, te mecum esse ma-
 xime vellem: non enim mediocri afficiebar vel volu-
ptate ex consuetudine nostra, vel vtilitate ex consilio
 atq. opera tua. Sed cum te ex adolescentia tua in
amicitiam & fidem meam contulisses: semper te non
 modo tuendum mihi, sed etiam augendum atq. or-
 nandum putavi. Itaq. quoad opinatus sum, me in pro-
 uinciam exiturum, quae ad te vltro attulerim, memi-
 nisse te credo: posteaquam mea mutata ratio est, cum
 viderem me a Cesare honorificentissime tractari, &
 vnice diligi, hominisq. liberalitatem incredibilem, &
 singularem fidem nossem, sic ei te commendavi, &
 tradidi, ut grauissime diligentissimeq. potui. Quod ille
 ita & accepit & mihi saepe literis significauit: & tibi
 verbis & re ostendit, mea commendatione sese valde
 esse commotum. Hunc tu virum nactus, [b] si me aut
 sapere aliquid, aut velle tua causa putas, ne demiseris:
 & si qua te forte res aliquando offenderit, cū ille aut
 occupatione, aut difficultate, tardior tibi erit visus
 perferto, & vltima expectato: quae ego tibi iucunda et
honesti praestabo. Pluribus te hortari non debeo: ta-
 men moneo, neq. amicitia confirmanda clarissimi ac
 libe-

Prin. Epist. fam.
 n. 1. 1.

Commendat.

La non quib.
 pign.

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

liberalissimi viri, neq; vberioris prouincia, neq; etatis
magis idoneum tempus, hoc si amiseris, te esse nullum
ynquam reperturum. Hoc quemadmodum vos scribere
 soleis in vestris libris, idem Q. Cornelio videbatur.
 In Britanniam te non esse profectum vehementer
 gaudeo, quod & tu labore caruisti, & ego te de rebus
illis non audiam. Vbi sis hybernaturus, & qua spe aut
 conditione, perscribas ad me velim. Vale.

M. C. TREBATIO S. D. 118

ACCEPI A TE ALIQVOT

epistolas vno tempore, quas tu diuersis temporibus de-
 deras, in quibus me cetera delectarunt. Significabant
 enim te istam militiam iam firmo animo ferre, & esse
 fortem virum & constantem. Quae ego paulisper a te
 ita desideravi, non vt imbecillitate animi tui, sed ma-
 gis vt desiderio nostri te astuare putarem. Quare per-
 ge, vt coepisti, forti animo istam tolera militiam. Mul-
 ta, mihi crede, assequere, ego enim renouabo com-
 mendationem, sed tempore. Sic habeto, non tibi ma-
 iori esse cura, vt iste tuus a me discessus fructuosissimus
 tibi sit, quam mihi. Itaq; quando vestrae cautiones in-
 firmæ sunt, Graculam tibi misi cautionem chirographi
 mei. Tu me [a] velim de ratione Gallici belli certiore
 facias, ego enim ignauissimo cuiq; maximam fidem
 habeo. Sed vt ad epistolas tuas redeam, cetera belle:
 illud miror, quis solet eodem exemplo plureis dare, qui
 sua manu scribit? Nam quod in Palimpsesto, laudo equi-
 dem parsimoniam sed miror, quid in illa chartula fu-
 erit, quod delere malueris, quam huc scribere: nisi
 forte tuas formulas. Non enim puto te meas epistolas

O 5

delere.

*opus fri-
ge*
delere, ut reponas tuas. An hoc significas, nihil fieri,
fringere te, ne chartam quidem tibi suppeditari: iam
ista tua culpa est, qui verecundiam tecum extuleris,
& non hic nobiscum reliqueris. Ego te Balbo, cum ad
vos proficiscetur, more Romano commendabo. Tu si
interuallum longius erit mearum literarum, ne sis ad-
miratus: eram enim affuturus mense Aprilis. Has lite-
ras scripsi in Pontino, cum ad villam Metrilij Philo-
menis diuertissem: ex qua iam audieram fremitum
clientum meorum, quos quidem tu mihi conciliasti.
Nam Vlabris honoris mei causa vim maximam ra-
munculorum se commouisse constabat. Cura ut valeas.
VI. Idus Aprileis, de Pontino.

119 M. C. TREBATIO S. D.

XVIII

EPISTOLAM TVAM QVAM

accepi ab L. Aruncio, confcidi innocentem: nihil enim
habebat, quod non vel in concione recte legi posset.
Sed & Aruntius ita te mandasse aiebat, & tu ascri-
pseras. Verum illud esto: nihil te ad me postea scri-
pisse demiror, praesertim tam nouis rebus. Vale.

[b] CICERO TREBATIO

120

S. D.

XIX

VIDE QVANTI APVD ME

sis, etsi iure id quidem, non enim amore te vinco. Ve-
runtamen quod presenti tibi prope subnegaram, non
tribuere certe id absenti non potui. Itaque, ut pri-
mum Velia nauigare coepi, institui Topica Aristotelica
conscribere, ab ipsa vrbe commonitus amantissima
tui.

tui. Eum librum tibi misi Rbergij scriptum, quam pluri-
misima res illa scribi potuit. Sin tibi quadam vide-
buntur obscuriora, cogitare debebis. NULLAM
ARTEM LITERIS SINE INTERPRE-
TE, & sine aliqua exercitatione percipi posse. Non
longo abieris, num ius civile vestrum ex libris cognos-
ci potest? qui quanquam plurimi sunt, doctorem ta-
men, lumina, desiderant. Quanquam tu, si attente le-
ges, si sapius, per te omnia consequere, ut certe intelli-
gas ut vero etiam ipsi tibi loci proposita questione oc-
currant, exercitatione consequere. In qua quidem nos
te continebimus, si & salui redierimus, & salua ista
offenderimus. Vale, V. Calend. Sextil. Rbergio.

CICERO TREBATIO S. D. 121

XX

21

AMABILIOR MIHI VELIA

fuit, quod te ab ea sensi amari. Sed quid ego dicam
te, quem quis non amat? Rufio medius filius tuus ita
desiderabatur, ut si esses vnus e nobis. Sed ego te
non reprehendo, qui illum ad adificationem tuam
traduxeris. Quanquam enim Velia non est vtilior,
quam Lupercal, tamen istuc malo, quam hac omnia.
Tu, si me adiuues, quem soles, has paternas posses-
siones tenebis (nescio quid enim Velenses [a] vere-
bantur) neq. Halethē nobilem annē relinques, nec
Papyrianam domum deferres: quanquam illa quidem
habet lucum, à quo etiam aduene teneri solent:
quem tamen si excideris, multum prospexeris. Sed
in primis opportunum videtur, his praesertim temporibus,
habere perfugium: primum eorum urbem, quibus
carus sis: deinde etiam tuam domum, tuosq. agros.

caq.

eaq, remoto, salubri, amœnog, loco: idq, etiam me
 interesse mi Trebati arbitror. Sed valebis, meaq, ne-
 gicia videbis, meq, dñs iuuantib. ante brumam expe-
 ctabis. Ego à Sexto Fabio Niconis discipulo librum ab-
 stuli, Νικωνος τοῦ πολυφαγίου. O medicum suauem,
 meq, docile ad hanc disciplinam. Sed Bassus noster me
 de hoc libro celauit, te quidē non videtur. Ventus in-
 crebescit. Cura vt valeas. XIII. Cal. Sex. Velia.

122 CICERO TREBATIO S. D.

XXI

SILII CAUSSAM TE DOCVI,
 is postea fuit apud me, cum ei dicerem, tibi videri
 sponsonem illam non sine periculo facere posse. Etsi
 bonorum Turpilie possessionem Q. Cæpio prætor ex
 edicto suo mihi dedit, negare aiebat Seruium, tabulas
 testamenti esse eas, quas instituisset is, qui sactionem
 testamenti non habuerit, hoc idem officium dicere,
 tecum se locutum negabat, meq, rogauit, vt se, caus-
 samq, suam tibi commendare. Nec vir melior mi Te-
 sta, nec mihi amicitior P. Silio quisquam est, te tamen
 excepto. Gratissimū igitur mihi feceris, si ad eum vl-
 tro veneris, eiq, pollicitus eris, sed si me amas, quam-
 primū, hoc te vehementer etiam atq, etiā rogo. Vale.

123 [b] CICERO TREBATIO S. D.

XXII

ILLVSERAS HERI INTER
 scyphos, quod dixeram controuersiam esse, possitne
 hæres, quod furtum antea factum esset, recte furti
 arguere. Itaq, etsi domum bene potus, seroq, redie-
 ram, tamen id caput vbi hac controuersia est, notauit,
 & de-

& descriptum tibi misi, ut scires id, quod tu neminem
sensisse dicebas, Sext. Aelium, M. Manlium, M. Bruti
sensisse. Ego tamen Scauola & Testa assentior. Vale.

M. C. M. FABIO GALLO

S. P. D.

124

XXIII

domin
TANTVM EX ARPINATI

veneram, cum mihi à te literae red-dite sunt: ab eo-
demq; accepi *Auiani* literas: in quibus hoc erat libe-
ralissimum, nomina se facturum cum venisset, qua
ego vellem die. Fac quaeso, qui ego sum, esse te: estne
aut tui pudoris, aut nostri, primum rogare de die, de-
inde plus annua postulare? Sed essent mi Galle omnia
facilia, si & ea mercatus esses, quae & ego deside-
rabam, & ad eam summam, quam volueram. At-
tamen istaec ista, quae te emisse scribis, non solum *rata*
mihi erunt, sed etiam grata: plane enim intelligo, te
non modo studio, sed etiam amore usum, quae te de-
lectarint, hominem (ut ego semper indicaui) in
omni iudicio elegantissimum, quaeq; me digna putaris
coemisse. Sed velim maneat Damasippus in senten-
tia: prorsus enim ex istis emtionibus nullam deside-
ro. Tu autem ignarus instituti mei, quanti ego genus
omne signorum omnium non aestimo, tanti ista qua-
tuor aut quinque sumpsisti. Bacchas [a] istas cum
Musis Metelli comparas: quid simile primum? dein-
de ipsas ego Musas nunquam tanti putassem, atq; id
fecissem Musis omnibus approbantibus: sed tamen
erat aptum bibliothecae, studiisque nostris congruens.
Bacchis vero ubi est apud me locus? At pulcellae sunt,
nouae optime, & saepe vidi, nominatim tibi signa
mihi

mibi nota mandassem, si probassem. Ea enim signa
 ego emere soleo, quæ ad similitudinem gymnasiarum
 exornant mibi in palastra locum. Martis vero signum
 quo mihi pacis auctori? Gaudeo nullum Saturni si-
 gnum fuisse, hæc enim duo signa putarem mihi as-
 alienum attulisse. Mercurij mallet aliquod fuisse: fe-
 licius puto, cum Auiano transigere possemus. Quod
 tibi destinaras Trapezophorum, si te delectat, habe-
 bis: sin autem sententiam mutasti, ego habebō Sci-
 licet ista quidem summa, ne ego multo libentius eme-
 rum diuersorium Tarracina, ne semper hostiui mo-
 lestus sim. Omnino liberti mei video esse culpam, cui
 plane res certas mandaram, idemq; Iunij, quem puto
 tibi notum esse Auianij familiarem. Exedria quædam
 mihi noua sunt instituta in porticula Tusculani, ea vo-
 lebam tabellis ornari: etenim si quid generis istius mo-
 di me delectat, pictura delectat. Sed tamen si ista mi-
 hi sunt habenda, certiorem velim me facias, ubi sint,
quando accersantur, quo genere vectura. Si enim
 Damaspippus in sententia non manebit, aliquem pseu-
 dodamaspippum vel cum iactura reperiemus. Quod ad
 me de domo scribis iterum, iam id ego proficiscens
 mandaram meæ Tullie. Ea enim ipsa hora accepe-
 ram tuas literas, egeram etiam cum tuo Nicia, quod
is vitur, ut scis, familiariter Casio. Ut redij autem,
 prius quam tuas legi [b] has proximas literas, 10
 quesivi de mea Tullia, quid egisset: per Liciniam se
 egisse dicebat: sed opinor Casium uti non ita mul-
 tum sorore: ea porro negat se audere, cum vir ab-
 esset (est enim profectus in Hispaniam Decius) illo
 & absente & insciente migrare. Est mihi gra-
 tissimum tanta te æstimatam consuetudinem vitæ,
 pictusq;

victusq; nostri: primum vt eam domum sumeres, vt non modo prope me sed plane mecum habitare posses: deinde vt migrare iam opere festines. Sed ne viam, si tibi concedo, vt eius rei tu cupidior sis, quam ego sum. Itaq; omnia experiar. Video enim, quid mea intersit, quid vtriusq; nostrum: si quid egero, faciam vt scias. Tu & ad omnia rescribes, & quando te expectem, facies me, si tibi videbitur, certiozem. Vale.

M. C. FABIO GALLO

S. D.

125

XXIV

AMORIS QUIDEM TVI, QVO-
quo me verti, vestigia vel proxime de Tigellio per-
spexi. Senti enim ex literis tuis valde te laborasse. Amo
igitur voluntatem. Sed pauca de re. Cæpius (opinor)
olim, NON OMNIBVS DORMIO, sic
ego non omnibus mi Galle serui: etsi quæ hæc est ser-
uitus? Olim, cum regnare existimabantur, non tam
ab vllis, quam hoc tempore obseruor a familiarissimis
Cæsaris omnibus præter istum. Id ego in lucris pono,
non ferre hominem pestilentiozem patria sua: eumq;
addictum iam tum puto esse Calui Licinij Hippona-
tæo præconio. At vide, quid succenseat. Phameæ
causam susceperam ipsius quidem causa, erat enim
mihi sane familiaris. Is ad me venit, dixitq; iudicem
107. sibi [a] operam dare constituisse eo ipso die, quo de
P. Sextio in consilium iri necesse erat: respondi mul-
to modo me facere posse, quem vellet alium diem si
sumisset, me ei non defuturum. Ille autem, qui sciret
se nepotem bellum tibicinem habere, & sat bonum
victorem, discessit a me, vt mihi videbatur, iratior.

Habes

Habes Sardos venales, alium alio nequitiozem. Cognosti meam causam, & istius Salaconis iniquitatem. Catonem tuum mihi mitte, cupio enim legere: me adhuc non legisse, turpe vtrig, nostrum est. Vale.

CICERO M. FABIO GALLO
126 S. D.

XXV

²⁶
QVOD EPISTOLAM CON-

scissam doles, noli laborare, salua est domi: petes cum licebit. Quod autem me mones, valde gratum est, idg, vt semper facias, rogo. Videris enim mihi vereri, ne si istum habuerimus, rideamus γέλῳτα σαρδόνιον. Sed heus tu, manum de tabula, magister adest citius, quam putaramus. Vereor ne in Catonium Cato nos M. Galle, caue putes quicquam melius, quam epistola tue partem ab eo loco: Cetera labuntur. Secreto hoc audi, tecum habeto, ne Appella quidem liberto tuo dixeris, prater duos nos, loquitur isto modo nemo: bene, malene, videro: sed quicquid est, nostrum est. Vrge igitur, nec transuersum vnguem (quod aiunt) a stylo: is enim est dicendi opifex: atq, equidem aliquantum iam etiam noctis assume. Vale.

127 CICERO GALLO S. D.

XXVI

²⁷
CVM DECIMVM IAM DIEM

grauius ex intestinis laborarem: neque is, qui mea opera vti volebant, [b] probarem me non valere, quia febrim non haberem: fugi in Tusculanum: cum quidem biduum ita ieiunus fuisset, vt ne aquam quidem gustarem. Itaq, confectus languore & fame, magis

magis tuum officium desideravi, quam abs te requiri
 putavi meum. Ego autem cum omneis morbos reformido,
 tum in quo Epicurum tuum Stoici, male acci-
 unt quia dicat *δυσουγκία καὶ δυσεστία καὶ πᾶσι μο-*
λεsta esse. Quorum alterum morbum edacitatis esse
 putant, alterum etiam turpioris intemperantiae. Sane
δυσεστία pertinueram. Sed visa est mihi vel loci
 mutatio, vel *animi etiam relaxatio*, vel ipsa fortassis
iam senescentis morbi remissio profuisse. Attamen ne
 mirere, unde hoc acciderit, quomodo ne commiserim:
 lex sumtuaria, quæ videtur attulisse, ea mihi *λεβήτης*
 fraudi fuit. Nam dum volunt isti lauti terra nata, quæ
 lege excepta sunt, in honorem adducere: fungos, hel-
 uellas, herbas omneis ita condunt, ut nihil possit esse
 suavius. In eas cum incidissem in cæna augurali apud
 Lentulum, tanta me *διδόχοι* arripuit, ut hodie pri-
 mum videar cœpisse consistere. Ita ego, qui me ostreis
 & muranis facile abstinebam, a beta etiam & malua
 deceptus sum. Posthac igitur erimus cautiore. Tu ta-
 men, cum audisses ab Antonio (vidit enim me nause-
 antem) non modo mittendi causam iustam habuisti,
 sed etiam visendi. Ego hîc cogito commorari, quoad
 me resciam: nam et vireis et corpus amisi. Sed si mor-
 bum depulero, facile (ut spero) illa renocabo. Vale.

[a] M. T. C. FABIO GALLO

S. D.

I 28. XXVII

MIROR CUR ME ACCVSES,
 cum tibi id facere non liceat: quod si liceret, tamen
 non debebas? Ego enim te in consulatu observaue-
 ram: & nîs fore, ut te Cæsar restituat. Multa tu
 P quidem

quidem dicis, sed nemo credit. Tribunatum plebis dicis te mea causa petisse: utinam semper esses Tribunus, intercessorem non quæres. Negas me audere, quod sentiam dicere: quasi tibi, cum parum prudenter me rogares, parum fortiter responderim. Hæc tibi scripsi, ut isto ipso in genere, in quo aliquid posse vis, te nihil esse cognosceres. Quod si humaniter mecum questus esses, libenter tibi me & facile purgarem. Non enim ingrata mihi sunt, quæ fecisti: sed quæ scripsisti, molesta. Me autem, propter quem ceteri liberi sunt, tibi liberum non visum demiror. Nam si falsa ea fuerunt, quæ tu ad me, ut ais, detulisti, quid ego tibi debeo: sin vera, tu es optimus testis, quid mihi populus Romanus debeat. Vale.

129 M. C. CURIUS D.

XXVIII

²⁹ MEMINI, CUM MIHI DESIPERE videbare, quod istuc potius viueres, quam nobiscum. Erat enim multo domicilium huius urbis (cum quidem hæc urbs) aptius humanitati, & suauitati tuæ, quam tota Peloponnesus, ne dum Patra. Nunc contra & vidisse mihi multum videris, cum prope desperatis his rebus, & te in Græciam contulisti, & hoc tempore non solum sapiens, quibus hinc absis, sed etiam beatus. Quanquam quis, qui aliquid sapiat, nunc beatus esse potest? Sed quod [b] tu, cui licebat, pedibus es consecutus, ut ibi esses, ubi nec Pelopidarum, nostri cetera: nos idem propemodum consequimur alia ratione. Cum enim salutationi nos dedimus amicorum, quæ sit ex hoc etiam frequentius, quam solebat, quod quasi auem albam videntur bene sentientem cinem

vide-

videre, abdo me in bibliothecam. Itaq; opera efficio
 tanta, quanta fortasse tu senties. Intellexi enim ex
 tuo sermone quodam, cum maesticiam meam, & de-
sperationem accusares, domi tua dicere, te ex meis
 libris animum meum desiderare: sed mehercule &
 tum Rempub. lugebam, quæ non solum suis erga me,
 sed etiam meis erga se beneficijs erat mihi carior: &
 hoc tempore, quanquam me non ratio solum consola-
 tur, quæ plurimum debet valere, sed etiam dies, quæ
 stultis quoq; mederi solet: tamen doleo, ita commu-
 nem rem esse dilapsam, ut ne spes quidem, melius
 aliquando fore, relinquatur. Nec vero nunc quidem
 culpa in eo est, in cuius potestate omnia sunt (nisi
 forte idipsum esse non debuit.) Sed alia casu, alia eti-
 am nostra culpa sic acciderunt, ut de præteritis non
 sit querendum. Reliquam spem nullam video, quare
 ad prima redeo. Sapienter hac reliquisti, si consilio:
 feliciter, si casu. Vale.

M. CVRIVS M. CIC. S. D. 130 XXIX

30 EPISTOLA PETITORIA.

SI VALES, BENE EST. SVM Exordium.

enim ^{χρησὶς τοῦ} tuus, ^{καὶ τοῦ} Attici nostri. Ergo
 fructus tuus est, ^{ἀντὶ τοῦ} mancipium illius: quod quidem si
 inter senes coëmptionaleis ^{καὶ τοῦ} vengle proscripterit, egerit
 non multum. At illa nostra ^{καὶ τοῦ} prædicatio quanti est? nos
 109 quod simus, quod [a] habeamus, quod homines exi-
 stemur, id omne abs te habere. Quare Cicero mi, ^{propositio.}
 persevera constanter nos conservare, & Sulpitij suc-
 cessori nos de ^{καὶ τοῦ} meliore ^{καὶ τοῦ} nota commēda, quo ^{obtempandi} facilius tu
 is præceptis obtemperare possimus, teq; ad ver luben-
 ter videre, & nostra defigere, deportareq; tuto pos-
 simus. Sed amice magne noli hanc epistolam Attico

P 2

osten-

ostendere, sine eum errare, & putare, me verum bonum esse, nec solere duos parietes de eadem fidelia dealbare. Ergo patrone mi bene vale, Tyronemq, meum saluta nostris verbis. Data ad IIII. Cal. Nouem.

131 CICERO CVRIO. S. D.

XXX

EGO VERO IAM TE NEC

hortor, nec rogo, vt domū redeas, quin hinc ipse euolare cupio, & cupio peruenire, vbi nec Pelopidarum nomen, nec facta audiam. Incredibile est quam turpiter mihi facere videar, qui his rebus intersim. Ne tu videris multo ante prouidisse, quid impenderet tui, cum hinc profugisti, quanquam hæc etiam auditu acerba sunt: tamen audire tolerabilius, quam videre. In campo certe non fuisti, cum hora secunda comitjs quaestorjs institutis, sella Q. Maximi, quem illi consulem esse dicebant, posita esset, quo mortuo nunciato, sella sublata est. Ille autem, qui comitjs tributis esset auspicatus, centuriata habuit, consulem hora septima renunciauit, qui vsq, ad Calend. Ianuar. essent, quæ erant futura mane postridie. Ita Caninio Consule scito neminem prandisse, nihil tamen eo consule mali factum est, fuit enim mirifica vigilantia, qui suo toto consulatu somnum non [b] viderit. Hæc tibi ridicula videntur, non enim ades? quæ si videres, lacrimas non teneres. Quid si cætera scribam? sunt enim innumerable generis eiusdem: quæ quidem ego non ferrem, nisi me in philosophia portum contulissem, & nisi haberem socium studiorum meorum Atticum nostrum: cuius quando proprium te esse scribis mancipio & nexu, meum autem vsu & fructu, contentus isto sum.

LIBER VII.

ID ENIM cuiusq; est proprium, quo quisq; fru-
itur atq; vitur. Sed hac alias pluribus. Acilius, qui in
Græciam cum legionibus missus est, maximo meo be-
neficio affectus est; hic enim est a me iudicio capitis
rebus salvis defensus; & est homo non ingratus, meq;
vehementer observat. Ad eum de te diligentissime
scripsi, eamq; epistolam cum hac coniunxi, quam ille
quando acceperit, ecquid tibi pollicitus sit, velim ad
me scribas. Vale.

132 CICERO CVRIO S. D.

XXXXI

FACILE PERSPEXI EX TVIS

l³²iteris, quod semper studui, & me à te plurimi fieri, &
te intelligere, quam mihi carus esses. Quod quando
vterq; nostrum consecutus est: reliquum est, vt officijs
certemus inter nos, quibus æquo animo vel vincam te
vel vincar abs te. Ad Acilium non fuisse necesse meas
dari literas, facile patior. Sulpitij tibi operam, intelli-
go ex tuis literis non multum opus fuisse, propter res
tuas ita contractas, vt quemadmodum scribis, nec
caput nec pedes. Equidem vellem vt pedes haberent,
vt aliquando redires. Vides enim exaruisse iam vete-
rem vrbauitatem, vt Pompeius noster suo iure possit
dicere, nisi nos pauci [a] retineamus gloriam anti-
quam Atticam. Ergo is tibi, nos ei succedimus. Veni
igitur queso; ne tantum semen vrbauitatis cum Re-
publica intereat. Vale.

Form.
initialis.

M. C. VOLVMNIO S. D. 133

XXIXII

QVOD SINE PRAENOMINE

familiariter, vt debebas, ad me epistolam misisti,
P 3 primum

primum addubitavi, num à Voluminio senatore esset,
 quo cum mihi est magnus usus: deinde ab ipso
 literarum fecit, ut intelligerem tuas esse. Quibus in li-
 teris omnia mihi periuicunda fuerunt, prater illud,
 quod parum diligenter possessio salinarum mearum à
 te procuratore defenditur. Ais enim, ut ego discesse-
 rim, omnia omnium dicta, in his etiam Sextiana, in me
 conferri. Quid? tu ita pateris? nonne defendis? nonne
 resistis? equidem sperabam ita notata me reliquisse
 genera dictorum meorum, ut cognosci sua sponte pos-
 sent. Sed quando tanta sex est in vrbe, ut nihil tam sit
ἀνεργον, quod non alicui venustum esse videatur: pu-
 gna, si me amas, nisi acuta *ἀνὰ φ. Ε. ο. ρ. ι. α.*, nisi elegans
ὑπερφανὴ, nisi *παρρησιασμένη* bellum, nisi ridiculum
παρὰ πτοροδοκίαν, nisi cetera, quae sunt à me in se-
 cundo libro de Oratore per Antonij personam disputa-
 ta de ridiculis, *ἑταίρια* & arguta apparebunt, ut sa-
 cramento contendas mea non esse. Nam de iudicijs
 quod quæris, multo laboro minus: trahantur per me
 pedibus omneis rei: sit vel Silius tam eloquens, ut
 possit probare se liberum, non laboro. Urbani-
 tatis possessionem amabo, quibus suis interiectis defendamus, in
 qua te unum metuo, contemno [b] ceteros. Derideri
 te putas: nunc demum intelligo te sapere. Sed meher-
 cule extra iocum, valde mihi tua litera faceta ele-
gantēq; vise sunt: illa quamvis ridicula essent, sicut
 erant mihi tamen risum non mouerunt: Cupio enim
 nostrum illum amicum in tribunatu quamplurimum
 habere grauitatis: idq; cum ipsius causa (est enim
 mihi ut scis, in maioribus) tum mehercule etiam Rei-
 pub. quam quidem, quamvis in me ingrata sit, tamen
 ama-

amare non desinam. Tu mihi Volunni, quando & in-
 sinuisti, & mihi vides esse gratum, scribe ad me quan-
 sapissime de reb. vrbaniis, de Repub. Iucundus est mihi
 sermo literarum tuarum. Præterea Dolabellam, quem
 ego perspicio & iudico cupidissimum esse, atq. aman-
 tissimum mei, cohortare, & confirma, & redde plane
 meum. Non mehercule, quod quicquam desit, sed quia
 valde cupio, nunc videor nimium laborare. Vale.

M. C. VOLVNNIO S. D. 134 XXXIII

34
 QVOD DECLAMATIONIVS

nostris cares, damnum nihil facis. Quod Hircio inuide-
 res, nisi eum amares, non erat causa inuidendi: nisi
 forte ipsius eloquentia magis, quam quod me audi-
 ret, inuideres. Nos enim plane, mi suauissime Vo-
 lunni, aut nihil sumus, aut nobis quidem ipsis displic-
 emus, gregalibus illis, quibus te plaudente vige-
 amus, amissis, ut etiam si quando aliquid dignum no-
 stro nomine emisimus, ingemiscamus, quod hac pen-
 nigerō, non armigero in corpore tela exerceantur, ut
 ait Philoctetes apud Accium, abiecta gloria. Sed ta-
 men omnia mihi erunt, si tu veneris, hilariora: [a]
 quanquam venies, ut ipse intelligis, in maximarum
 quasi concursum occupationum: quas si, ut volumus,
 excerpemus, ego vero multam salutem, & fore
 dicam & curia, viuamq. tecum multum, & cum
 communibus nostris amatoribus. Nam & Cassius
 tuus & Dolabella noster, vel potius uterq. noster,
 iudicis isdem tenentur, & meis equisimis vrun-
 tur auribus. Opus est hic limatulo & polutulo no-
 iudicio, & illis interioribus literis meis, quibus

scire verecundior me in loquendo facis. Mihi enim iudicatum est, si modo hoc Caesar aut patietur, aut volet, deponere illam iam personam, in qua me sepe illi ipsi probavi, ac me totum in literas abdere, tecumque & cum ceteris earum studiosis, honestissimo ocio perfrui. Tu vellem, me veritus esses, ne perimitus legerem tuas literas, si mihi, (quemadmodum scribis) longiores forte misisses: ac velim posthac sic statuas, tuas mihi literas longissimas quasq. gratissimas fore. Vale. *Sc. g. g. r. d. r. v. v. e. l. l.*

[b] M. CÆLII EPISTOLA. III.

RVM, LIBER AD M. TVL-
LIVM CICERONEM,
OCTAVVS.

CÆLIVS M. CICERONI,

135

S. D.

QUOD TIBI DECEDENTI pollicitus sum, me omnes res urbanas diligentissime tibi perscripturum: data opera paravi, qui sic omnia persequeretur, ut verear, ne tibi arguta nimium hac sedulitas videatur: tamen si tu, scio quam sis curiosus, & quam omnibus peregrinantibus gratum sit, minimarum quoque rerum, quæ domi gerantur, fieri certiores. Tamen in hoc te deprecor, ne meum hoc officium arrogantia condemnes, quod hunc laborem alteri relegavi: non quia mihi suavisimum sit, & occupato, & ad literas scribendas, ut tu nosti, pigerim, tua memorie dare operam. Sed ipsum volumen, quod tibi misi, facile, ut ego arbitror, me excusat.

Nescio